

Ung. VI. 180

*Occasionalia
pulcherrimum Carmenia*

vol. 20

~~F. 180~~

II-180



SACRA
Summi in Theologia Honoris

T H A R A,

RECTORE MAGNIFICO,

CONRADO SAMUELE

SCHURZFLEISCHIO,

POLYHISTORE ILLUSTR,

PROMOTORE,

SUMME REVERENDO

JOHANNNE GEORGIO

NEUMANNO,

D. & Professore Theologo Inclyto,

V I R O

MAXIME REVERENDO, AMPLISSIMO AC EXCELLENTISSIMO;

DOMINO

JOHANNI HEINRICO

FEUSTKINGIO,

SS. Theologiæ Licentiato hætenus Celeberrimo, Ecclesiæ,

quæ Christo JESSENÆ colligitur, Pastori fide & industria Spectabili, totiusque
Districtus SUPERINTENDENTI vigilantissimo,

In

SUBLIMI ac FERTILISSIMO

LEUCOREOS MONTE,

Ritu Solemni,

ex merito,

Publice

I M P O S I T A,

Quam

SANÆ GEMMIS DOCTRINÆ,

ex

SACRA ERUTIS AURIFODINA:

Donatis, Redonatis,

Ex observantia gratulabundi
condecorare sunt conati

S Y M M Y S T Æ,

Fidelem ejusdem Inspectionem
submissæ venerantes.

Die VI. Octobris, A. C. clb Ibc IIC.

WITTENBERGÆ, Typis MARTINI SCHULZII, Acad. Typogr.



I. N. 7.

Pfalm. LXVIII. vers. 16.

BN, MONS *fecundo* DOMINI splendore coruscat,
Sublimis rarâ fertilitate nitet.
Laudibus his ornat *celebrem sanctumque* SIONEM
Rex David, *vates entheus* ille Dei.
Protulit hic *largam divorum nonne Virorum*
Messem, quæ Dominus munia Sacra dedit.
Ex Te *Evangelii Præconum* Jova cohortes
Ingentes duxit, collis amæne, DEI.
Jure bono celebratur *nobertas magna Sionis:*
Hoc quoque Te *cingit,* LEUCORIS *alma, decus.*
Ante *Silens,* in Te lituos inflante LUTHERO,
Vox Evangelii suavis in orbe sonat.
Huncque *Ducem* sequitur clarorum *turba virorum,*
Pura docens verbi dogmata Sacra DEI.
Theiologos Summos quis in isthoc monte creatos
Fecundo numeret; fertilis ille nitet.
Jamque *Viris Septem, Variâ Virtute* coruscis,
Theiologia merito summa brabea parat.
Quos inter radiat *Reverendi Nomen* EPOPTÆ
Nostri: qui fidei *dogmata sana* tenet.
Inde *caput Venerandum* LEUCORIS *alma* TIARA,
Theiologi summum quæ decus, ornat avens.
Hanc igitur GEMMIS, qui Te *veneramur* EPOPTAM,
Votivis, cunctos nos decorare decet.
Has *stipulis* magis accipies, cum Te *fossore reperta:*
Theiologi puri mens satis inde patet.



I.

1. Johann. III. v. 9.

Non facit *excessus,* quâ cælo natus, *atroces:*
Perfectus tamen hinc nemo vocandus erit.
Ducere forte putas si Te *sine crimine vitam:*
Mendacem verum sic facis ergo DEUM.

II.

Jacob. II. v. 17.

Quid *sterilem* jactare *fidem præsumis,* inanis:
Est *expers operum mortua nonne fides?*
Cum tamen ex *Christi merito* trahat illa *vigorem:*
Qvî *fructus vitam* huic conciliare potest.

III. Rom

III.

Rom. IV. 5.

*Impius ac expers operum, qui credit, habetur**Pro justo: pietas dic ubi primâ fuit?**Fertilis ut fructus arbor fert, tempore justo:**Sic fidei pietas assiduus comes est.*

IV.

Joel. II. 28.

*Est promissa piis extremo tempore magna**Gratia, collustrans pectora luce sacrâ.**Sed completa diu, Petro vel teste, fideli,**Hæc promissa: ruunt Somnia sponte novâ.*

V.

Ebr. XII. 8.

*Regula communis: Nullus datur absque flagello**Natus: castigat quos amat ipse Pater.**Quisquis in histerris felicia tempora fingit,**Est spurius; Nati nomen habere nequit.*

VI.

Rom. XI, 25. 26.

*Arcanum Pauli magnum, de gente Jacobi**Salvandâ totâ, fallit alitque fidem:**Præteritum tempus si spectes, sic alit ipsam;**Siquæ futurum, Spes fumus inanis erit.*

VII.

Luc. XVIII, 8.

*Filius è coelis hominis cum venerit altis,**Vera putas num sit conspicienda fides?**Hæc tristi facie rerum quæ tempora fausta**Expectare licet? deteriora magis.*

VIII.

Matth. XXIII, 2. 3.

*Sic audire jubet Phariseos, vera docentes,**Christus ut insistant, quam docuere, vitæ.**Non pendet virtus verbi à pietate Ministri:**Cum fructu impius hinc munus obire potest.*

IX.

I. Petr. II, 5.

*Jura Sacerdotum Sanctorum quisque fidelis**Obtinet, ut Sanctas offerat ore preces;**Publica si tamen hinc fumus Tibi jura docendi:**Rex factus pariter, regia Sceptra cape.*

X.

I. Joh. II, 20.

*Unctio, quam Sanctus Sanctorum donat ab alto,**Flaminis est Sancti gratia facta piis.**Omnia sic norunt: quos hic deducit in omne**Dux verum, verbi dogmata nota facit.*

XI.

Amos III, 7.

*Non subito meritas immittit Numinis ira**Poenas: nî moneat voce tonante prius.**Cur tamen inde, Prophetæ novelle, superbis? ad huc dum**In scriptis loquitur Moses & Ordo Sacer.*

XII. Matth.

XII.

Matth. III, 5. 6.

Quid pia turba facit, peccata fatendo Johanni?
Solut enim delet crimina dira DEUS.

Quid facit ipse DEUS, verbi salvare Ministros
Cum dicat? vice sunt, organa Sancta, DEI.

XIII.

Phil. I, II.

Ut fecunda bonos fructus fert arbor: ad omne
Sponte bonum est promptus justificatus opus.

Hic tamen auxilium confert Salvator IESUS;
Ut hinc exurgat gloria lausque DEI.

XIV.

1. Petr. I, 16. coll. Ebr. XII, 10.

Sanctos esse jubet, Sanctum quos Numen ab Orco
Eripuit, Crues fecit in urbe sua.

Sic testabuntur Sancti, se Numinis esse
Natos: dum vitam ducere rite student.

XV.

Esa. LV, 10. II.

Quæ cadit in terram nix cælo ac imber ab alto,
Fœcundant illam nonne vigore suo?

Forte putas pollere minori verba Jehovæ
Robore? vivificant, mortua corda prius.

Apoc. XX, 6. XIV.

Si Tibi forte fidem dubiam quis redderet ejus
Libri, qui claudit Scripta Sacrata DEI:

Annos mille novi regni dic unde probares?
Ad fidei normam mystica verba refer.



HOs igitur selectos præsentare lapillos
Unanimi placuit pectore, mente pia.

Consule, pro numero, qui Te celebramus Epoptam,
Bis GEMMAS octo, Doctores acute, boni.

Theologia sana, quam contra somnia vana
Urges, hinc summam cernere nonne licet?

Gratia Te servet florentem Numinis; ut sic,
Defendas validus dogmata pura DEI.

Psal. LXVIII, 17.

CUR igitur, montes præcelsi, culmina Vestra
Effertis, niveus mons placet iste DEO.

In monte hoc sedem sibi fixit Summus Iova,
Fugiter hinc resonent dogmata pura DEI.

Porro Tibi faveant imbres, excelsæ, precamur
Mons, gignens raras fertilitatis opes.

Perpetuò vigilet pro Te Supremus Ocellus:

SIT PAX IN PORTIS, LECORIS ALMA, TUIS.



Ung VI 180

VI A

13-17

S A C R A

Summi in Theologia Honoris

T H A R A,

RECTORE MAGNIFICO,

CONRADO SAMUELE

SCHURZFLEISCHIO,

POLYHISTORE ILLUSTR,

PROMOTORE,

SUMME REVERENDO

JOHANNNE GEORGIO

NEUMANNO,

D. & Professore Theologo Inclyto,

V I R O

MAXIME REVERENDO, AMPLISSIMO AC EXCELLENTISSIMO,

D O M I N O

JOHANNI HEINRICO

FEUSTKINGIO,

SS. Theologiæ Licentiato hætenus Celeberrimo, Ecclesiæ,

quæ Christo JESSENÆ colligitur, Pastori fide & industria, Spectabili, totiusque
Districtûs SUPERINTENDENTI vigilantissimo,

In

SUBLIMI ac FERTILISSIMO

LEUCOREOS MONTE,

Ritu Solenni,

ex merito,

Publice

I M P O S I T A,

Quam

